

<I.>

<SUPER PRIMUM SENTENCIARUM.>

<A.>

|| **Inceptio.**₁

|| *A 99r*
D 1r a
H 1r
I 1 A

<I.>

<1.> **P**ater et Filius et Spiritus Sanctus idem Deus, qui affuit in cursus mei principio, assit et in Sentenciarum inicio, in cuius nomine idem thema isti libro applico ita dicens: »Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo.« — Et quia ego unus, sum maxime sapientia indigens, igitur necesse est michi secundum preceptum Apostoli sapientiam postulare; me etenim maxima premit sapientie indigentia, tum propter vitam indispositam, tum propter sapientie penuriam, tum propter adgrediende materie altitudinem, tum etiam propter industriam audiencium, qui me vite meritis longe transcendunt. 5

<2.> Ideo iuxta dictum b. Gregorii in prologo Moralium fere ydoneum me ad ista desperavi; sed ipsa desperatione robustior₃, ad illum spem protinus errexī, per quem aperta est lingua mutorum, qui linguas infancium facit₄ disertas, qui inmensos brutosque asine ruditus per sensatos humani colloquii distinxit modos. Quid ergo mirum, si intellectum stulto homini prebeat, qui veritatem suam, cui voluerit, etiam per ora iumen- 10

¹⁾ *H, om. ID, Primus liber Sentenciarum A. — 2) *I; post sum ponunt AH, post maxime D. — 3) *Codd.: rubiscior male A. — 4) *I; AD om.; in H ab h¹ additum.****

torum narrat? Quid miri, si per cannam fetidam vinum dulce defluit, et per limum profundum, aqua scaturit, munda, et per siliquas fulgens et dulcis stillat braxina? Quid miri, quod per os asine correpcio iusta et per os pollutum Cayphe transiit veritas sancta? Quid miri, si de candela obscura clara procedit illuminacio, et per demonem, malis iusta infligitur pena? Ergo non mirum, si per me fetidum, lutosum, limosum et rudem, per osque meum pollutum et per me obscurum gracia Sancti Spiritus audientes sciencie et fidei lumine illustraret? Certe non me, sed spiritum per me loquentem attenderent, et quid ille benignus spiritus in me diceret, gratuite acceptarent, pensantes illud verbum Salvatoris Matthei 10^o: »Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.« Quidquid enim | veritatis dixero, suum est, quia ipse est Spiritus veritatis, qui a Patre procedens docet omnem veritatem. Unde illi Spiritui me in agendis committo, ipsius invoco auxilium, qui egentes sapiencia invitatur, ad postulandum per thema propositum ita dicens: 'Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo.'

<3.> Et quia necesse est agnoscere incretam sapienciam, que est sacratissima Trinitas, unus Deus, a quo procedunt omnia, et necesse est ponere incarnatam, sapienciam, que est Unigenitus Filius Dei, per quem facta sunt omnia, et tercio superest dare sapienciam inspiratam, que est scriptura sacra, qua disponuntur singula, quibus sapienciis quilibet purus viator indiget: igitur quilibet huiusmodi debet sapienciam a Domino postulare, dicente themate 'Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo'. — Movetur autem ad postulandum humiliter quatuor: Primo invitantis dignitas: Spiritus namque Sanctus est, qui invitatur; secundo donantis largitas, quia Deus est, qui dat omnibus affluenter; tercio indigencium necessitas, quia omnes peccaverunt et egent gracia Dei; quarto donande rei fructuositas, que est sapiencia sanctis hominibus inspirata, ad quam incitans spiritus Domini dicit omnibus indigentibus: »Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo.« Postulet, inquam, vehementer admirans invitantis Dei Spiritus dignitatem, postulet cordialiter magnificans Dei donantis largitatem, postulet pensans propriam indigenciam et anhelans ad sapiencie fructum, ut Spiritus Sanctus dignum efficiat, Dominus omnipotens et sic tota Trinitas habundantem faciat, consideracio proprie indigencie humiliet et fructus divine sapiencie finem postulacionis remuneret et laboris. Quem fructum insinuat Apostolus ad Rom. 6^o dicens: »Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem

⁵⁾ I: profundi Codd. — ⁶⁾ Codd.: scaturit A. — ⁷⁾ Codd.: demones A. — ⁸⁾ Codd., in H ab h² additum. — ⁹⁾ I: post postulandum AH, post egentes D. — ¹⁰⁾ Codd.; post thema I. — ¹¹⁾ AD: incretam HI. — ¹²⁾ Codd.: incarnatam add. H. — ¹³⁾ Codd.: post Unigenitus A. — ¹⁴⁾ I ex correct.; mouerent Codd. — ¹⁵⁾ Codd.; ante humiliter I. — ¹⁶⁾ Codd.: post namque I. — ¹⁷⁾ Codd.: ut male D.

»vero vitam eternam.« Fructus ergo sapientie (i. scripture sacre) est sanctificatio et finis vita eterna.

<4.> Pro quo notandum, quod res multipliciter dicuntur || || I1C
sancte vel sacre¹⁸. Vel per se primo, ut Trinitas increata, vel
secundo imitatorie, ut creature racionales, que ex accidentali in-
formacione ymaginis accipiunt sanctitatem. Unde Levitici 11°:
»Sancti eritis, quia ego sanctus sum.« In creaturis autem triplex
sanctitas invenitur, sc. subiective, ut in homine et in angelo,
effective, ut in sacramento vel creatura, qua sanctus utitur, ut in
eo efficiat sanctitatem, vel tercio significative, ut in Christi cruce
vel alia ymagine dandi sancti. Sic enim Aristoteles dicit tribus
modis equivoce urinam, medicinam et homines esse sanos; urinam
significative, medicinam effective, et homines subiective.

<5.> Scriptura ergo dicitur sacra 1° significative, quia res
sacras vel sanctas significat; 2° effective, quia efficit in homine
sanctitatem. Qui enim scriptura debite utitur, efficienter¹⁹ per ipsam
sanctificatur. Sanctificat autem sacra scriptura hominem, docens
eum timere divinam maiestatem, amare bonitatem, pietatem orare,
fidei claritatem habere, tenere caritatem, scire veritatem, tranquilli-
tatem pacis sentire²⁰, mundi adversitatem sentire, abhorreere omnem
iniquitatem, frequentare bonorum societatem, prosperitatem mundi
contempnere; felicitatem celi appetere, iubilare laudis amenitatem,
retinere cordis iocunditatem, dampnationem finaliter effugere et
vitam eternam²¹ in gloria²² possidere. Ecce dum ista in homine
sacra scriptura efficit, ipsum sanctificat et vere sapientem facit.
Vere enim sapiens est, cui res, sicut sunt, sapiunt. Et hinc dicit
b. Bernhardus: »Invenisti sapientiam, si prioris vite peccata
»defleas, si huis seculi desideria parvipendas, si eternam beati-
»tudinem toto desiderio concupiscas. Invenisti sapientiam, si horum
»tibi singula sapiunt, prout sunt.« Hec Bernhardus.

<6.> Pro istis eciam iam dictis dicitur Ecclesiastici 51°:
»Beatus, qui in istis versatur bonis, qui ponit illa in corde suo,
»sapiens erit semper (i. sine fine)«. Unde Ecclesiastici | 6° | I1D
dicitur: »Quibus agnita est sapientia, permanet usque ad con-
»spectum Dei«; propter quod hortando singulariter quemlibet
Sapiens dicit ibidem: »In animo tuo accede ad illam, et mani-
»festabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam; in no-
»vissimis enim invenies requiem in ea et convertetur tibi in
»oblectacionem, et erunt tibi compedes eius in proteccionem
»fortitudinis et bases virtutis, et torques illius in stolam glorie.
»Decor enim vite est illa... stolam glorie indues²³ eam et coronam
»gratulacionis superpones tibi, fili, si attenderis michi, disces eam,
»et si accomodaveris animum tuum, sapiens eris.« Sapiens, inquit,
eris, quia in sacra scriptura cognosces testimonium²⁴ veritatis, que

¹⁸⁾ Codd.: in D add. in marg. d¹. — ¹⁹⁾ Codd.: om. A. — ²⁰⁾ Codd.:
scire male I. — ²¹⁾ AI; eternaliter HD. — ²²⁾ Codd.: D add. in marg. — ²³⁾ Codd.:
induens A. — ²⁴⁾ Codd.: testimonia A.

sunt credenda. Secundo cognosces Domini precepta, que cum sint honesta, sunt adimplenda. Tercio cognosces iudicialia, quibus, quia sunt equitatis, est parendum. Quarto cognosces exemplaria, que, cum sint sanctitatis, sunt imitanda. Quinto cognosces promissiones premiorum, que premia sunt speranda. Sexto cognosces comminationes suppliciorum, que supplicia sunt timenda. Septimo cognosces cerimonias (i. honorificencias) divini cultus, que cerimonie sunt legaliter reverende. Hec enim iam dicta sacra²⁵ scriptura, cum sit lex universalissima²⁶ implicat, ad que intelligenda sapiencia est necessaria: igitur 'Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo'. Audiatur Augustinum super Joannem Omelia 18^a dicentem: »Surge, quere, suspira²⁷, anhela desiderio²⁸, et clausa pulsa, quia qui credit vera esse, que in scriptura sunt, quamvis non intelligat, iam pulsatur.« Qui credit, et dignus est, cui apperiat, si pulsare persistat; quamvis tamen tardus sit, ut etiam exponentem non sequatur, non desperet, ||| maneat in fide, ambulet in via (sc. imitando Dominum Jesum Christum). [Versus] Nam:

»Qui Christum bene²⁹ scit, satis est, si cetera nescit..« et:
»est plus nescire, sine Christo plurima scire«.

<7.> Vive ergo Christum et bene scies Christum; si male vivis, Christum non noscis et forte in eternum peribis. Egens es, sapiencia prima carens: surge a peccato, quere virtutem, suspira ad gratiam, anhela magno desiderio; clausum est: pulsa, quia pulsanti aperitur, indigens ad postulandum incitatur, cum dicitur 'Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo'. Postulet, inquam, ut assidue sapienciam (i. sacram scripturam) audiat, audiendo clare intelligat, intelligendo dulciter amet, amando inpleat et implendo doceat ignorantes. Nam dicitur 2^a Timoth. 3^o: »Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum et ad erudiendum in iusticia, ut »perfectus sit omnis homo ad omne opus bonum instructus«; ergo qui sacra scriptura instructus fecerit sic, et docuerit, 'magnus vocabitur in regno celorum' ait Salvator Matth. 5^o. Sed quia ad hoc quisque³⁰ viancium³¹ indiget sapiencia, igitur postulet a Deo, qui omnes vocat, omnesque reficit, dicens Matth. 11^o: »Venite »ad me³² omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam »vos«, qui etiam omnibus dat affluenter et³² ad recipiendum omnes incitat dicens: 'Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo.' Ubi³³ thema³³.

<8 > In³⁴ quibus verbis quilibet indigens³⁴ postulet³⁵ a³⁵ Deo³⁵, qui omnibus dat affluenter et nulli rite petenti inproperat; postulet

²⁵) Codd.: *H ab h²*. — ²⁶) AHD: *I ex correctura verissima*. — ²⁷) AHD: *superra (vel superia) I*. — ²⁸) Codd.: *desidera A*. — ²⁹) Codd.: *om. I*. — ³⁰) *I in marg.* 'nostrum'; *v. ann.* 25. — ³¹) AHD: *viam tantum pessime I*. — ³²) Codd.: *om. A*. — ³³) AD: *om. I, in H corrector h¹ delevit*. — ³⁴) AD: *verba in ∞ indigens om. IH*. — ³⁵) Codd.: *om. H*.

sapientiam³⁶ (i. sacram scripturam), que omnibus satisfacit, quia quidquid queritur ad salutem, totum iam adimpletum est in scripturis: qui ignarus est, invenit ibi, quod³⁷ discat; qui contumax est et peccator, invenit ibi futuri iudicii flagella, que timeat; qui laborat³⁸, inveniet³⁹ ibi epulas promissionis vite |perpetue, quas manducando | I 2 B amplius exercetur⁴⁰ ad opus; qui pusillanimis est et infirmus, inveniet ibi mediocres iusticie cibos, qui etsi pingwem animam non faciunt, tamen mori non permittunt; qui magnanimus est et fidelis, inveniet ibi spirituales escas continenciores vite, que perducunt eum ad angelorum naturam; qui percussus est a dyabolo 10 et vulneratus est in peccatis, inveniet ibi medicinales cibos, qui eum per penitentiam reparent ad salutem. Ut quid scriptus est Achor⁴¹ Jo sue 7^o, qui propter furtum lamine auree lapidatus est, nisi ut timeant fures? Ut quid filii Israel fornicati cum filiabus Moabitarum percussi referuntur in Belphegor, nisi ut perhorrescant 15 fornicatores? Ut quid concupitores carnis castigati sunt⁴² in deserto, nisi ut nemo delicias concupiscat? Ut quid David arguit Naathan et suscepit penitentiam, nisi ut adulteri et homicide penitencie remedia non desperent? Raab meretrix sanctificata est, ut meretricibus spes daretur. Nichil ergo minus est in hoc convivio, 20 quam necessarium habet salus humana. Ut quid scriptus Jeroboam, qui vendebat sacerdocium, cuius domus est deleta de superficie terre? Ut quid scriptus est Gezy? Postulavit munera pro sanitate Naaman facta, cui ipsius Naaman adhesit lepra. Ut quid scriptus est Judas Scarioth, qui inquires 'quid vultis michi dare' vendidit 25 sanctum, quem secuta est dampnatio iusta? Ut quid scriptus est Symon magus, qui donum Dei existimavit pecunia vendi, quem secuta est comminatio ista 'Utique age penitentiam ab hac nequicia tua, et roga Deum Patrem, Dominum nostrum, Jesum Christum, si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle 30 enim amaritudinis et obligacione || iniquitatis video te esse' sic || I 2 C dixit Petrus apostolus Actuum 8^o.

<9.> Revera hii scripti sunt, ut posteri pro sacramentis non pactent, non exigant, et si exigant, per⁴³ iam⁴³ dictos⁴³ premoniti dampnationem accipiant graviorem Ut quid scriptum est, quod⁴⁴ 35 dixit⁴⁵ Salvator Matth. 10^o: »Gratis accepistis, gratis date?« Ut quid scriptum est Apoc. 22^o: »Et sponsus (sc. Christus) et sponsa (sc. sua ecclesia) dicunt 'veni' et qui audit (sc. Christum et ecclesiam suam ut verus minister) dicat 'veni'... Qui vult, accipiat aquam vite gratis.« Certe scripta sunt hec ad nostram doctrinam, ut pie et 40 gratis sacramenta Domini nostris fratribus ministremus. Ab hac doctrina discedentes filii ecclesie degeneres, ut ignavi trutanni balbuciant, ut rane coaxant et ut cicade ciccitant, velud Antichristi

³⁶) Codd.: ante postulet D. — ³⁷) Codd.: quid I. — ³⁸) Codd.: laborant I male. — ³⁹) Codd.: invenient I male. — ⁴⁰) Codd.: exercentur I male. — ⁴¹) Codd.: Athei I male. — ⁴²) Codd.: sint HD. — ⁴³) Codd.: piam dictiones A. — ⁴⁴) Codd.: om. I, add. t². — ⁴⁵) Codd.: post Salvator H.

titinilli et nuncii volentes exaccionem pro baptismo, confessione, sacra unccione et pro sacramentis ceteris defendere et dampnatam consuetudinem tamquam laudabilem approbare; sed iubente Domino deficiunt, quod non audent expresse dicere, quod pactacio
 5 precedens vel exaccio de post sequens⁴⁶ sit laudabilis consuetudo. Decipiuntur autem ex hoc, quia legem mortis de longa invaluisse⁴⁷ consuetudine laudabilem consuetudinem arbitrantur. Ego autem audent assero, quod gratis dona Cristi dispensare gratuite est laudabilis consuetudo, sed pactare ante, exigere post est prava
 10 et vituperabilis consuetudo. Prava exaccio prohibiter et pia consuetudo precipitur. Unde Extravag. 'De symonia' ca^o 'Ad Apostolicam' dicitur: »Ad apostolicam audienciam frequenti »relacione pervenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum »et benediccionibus nubencium et similibus peccuniam exigunt et
 15 »extorquent; et si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum, | I 2 D »inpedimenta | ficticia⁴⁸ fraudulententer opponunt.« Et sequitur ad propositum: »Quapropter super hiis pravas exacciones fieri pro- »hibemus et pias consuetudines precipimus observari, statuentes, »ut libere conferantur ecclesiastica sacramenta.« —

20 <10.> Ecce quam plana et sana est hec sancta⁴⁹ Scripture medicina, quam avari pensantes humiliter possunt ad sanitatem gracie pervenire. Unde cuilibet eciam⁵⁰ illorum dicitur⁵¹: »Si quis vestrum indiget sapiencia, postulet a Deo.«
 'Si quis indiget sapiencia', ut fide cognoscat clarius Trinitatem; 'Si⁵² quis indiget sapiencia', ut cognoscat potestatem
 25 Dei omnia producentis⁵³; 'Si quis indiget sapiencia' ad cognoscendum incarnationem Filii Dei; 'Si quis indiget sapiencia' ad discernendum ecclesiastica sacramenta, quare instituta sunt, quid operentur et quomodo gratis pro Deo ministrentur
 30 '... postulet a Deo'. Quia ecce preponitur nobis liber Sententiarum, liber involutus, scriptus intus et foris⁵⁴, de rebus et signis rerum (i. de sacramentis); de rebus quidem altis, ymmo altissimis: nam primus de adoranda Trinitate, secundus de omnium rerum
 35 potenti et⁵⁵ libera produccione, tercius de benedicta Filii Dei incarnatione, quartus de sacramentorum institutione ac operatione. Et patet, quod liber Sententiarum quatuor secreta secretissima continet: sc.⁵⁶ scienciam inaccessibilis⁵⁷ Trinitatis, quoad primum, scienciam produccionis rerum⁵⁸ omnium et sic obscure predestinationis quoad secundum, scienciam abscondite incarnationis, quoad
 40 quoad tertium, et misterium sacramenti venerabilis, sc. sacramenti corporis Cristi et sanguinis, quoad quartum. Unde, quantum ad primum, liber Sententiarum est campus latissimus, plenus frugibus

⁴⁶) Codd.: sequentes male I. — ⁴⁷) Codd.: involuisse A male. — ⁴⁸) Codd.: ficticiva I. — ⁴⁹) Codd.: sancte I. — ⁵⁰) Codd.: post illorum D. — ⁵¹) Codd.: dicit A. — ⁵²) Codd.: Domino H. — ⁵³) Codd.: verba si ∞ producentis om. I. — ⁵⁴) Codd.: et add. D. — ⁵⁵) H: post libera DL. — ⁵⁶) Codd.: post scienciam I. — ⁵⁷) Codd.: in D neobfahle in marg. — ⁵⁸) Codd.: om. A.

ex sacratissima Trinitate, unde ibi agitur de uti et frui. Quantum ad secundum, est ortus plenus fructibus ex creaturarum multitudine. Quantum ad tertium, est fons redundans aquis dulcibus ||| ex benedicta incarnatione Quantum ad quartum, est apoteca ||| I 3 A
 sanissima ex sacramentorum redolencia. Et quia sacra scriptura 5
 est cibus⁶⁰ spiritum⁶⁰ nutriens⁶⁰ et est potus suavissime inebrians, ergo esurientes venite et comedite, sicientes venite et bibite. Si quis nescit comedere, quia durus est panis hic, et nescit bibere, non habens, quo hauriat et sic 'indiget sapientia, postulet a Deo', ut sapienter posset hunc panem (sc. verbi Dei) comedere et utiliter bibere, ut in eo esset fons aque vive, salientis in vitam eternam. Non horrescat accedere propter difficultatem⁶¹ hanc sacram sapienciam, ut quidam ignari faciunt⁶², qui suam edificacionem derelinquunt, de quibus dicit venerabilis Anselmus in 'De similitudinibus' ca^o 158^o: »Sunt quidam sanctarum scrip- 15
 »turarum ignari, qui dum aliquid audiunt, quod ad edificacionem »suam retinere possunt, contempnendo dicunt: 'ad quid⁶³ illud⁶⁴ »tantillum tenebo? dimittam, quiescam, vivam, ut potero, quia »frustra sapiencie amplius studebo: non enim omnes peribunt, qui »sapientes non sunt'. Hec et hiis similia piger insipientis sibi- 20
 »proponit nec percipit, quia antiquus hostis ad interitum eius talia »sibi suggerit, quatenus in omni vita sua nulli utilitati intendat, »sed in negligencia et torpore miser semper vivat et ignarus pereat.« Hec Anselmus. Sed vos, o karissimi, non sic, sed pro utilitate sua capiat, quantum quis⁶⁵ poterit: querat et dabitur sibi; querat 25
 et inveniet; pulset et aperietur sibi liber clausus⁶⁶, plenus divinis misteriis Nam »omnis, qui petit, accipit, et qui querit, invenit et »vulsanti aperietur.« Luc. 11^o. Igitur 'Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo', ubi thema.

<11.> In quibus verbis sacra scriptura in libro Sententiarum 30
 tradita ex⁶⁷ quatuor commendatur prerogativis⁶⁸, que | quatuor | I 3 B
 libris aliquid correspondent. Primo commendatur ex firmissima veritate, quam habet ex suo esse formali, quia sapientia; secundo commendatur ex magna auctoritate, quam habet ex principio originali, quia a Deo; tercio commendatur ex nobilitate 35
 dignitatis, quam habet ex unione mirabili, quia est sapientia, qua quilibet viator indiget; quarto commendatur ex largiflua⁶⁹ liberalitate, quia omnes indigentes invitat dicens 'Si quis vestrum' (i. e. quicumque) 'indiget sapientia, postulet a Deo'. Dimissis tribus membris ultimis pro libris sequentibus dixi, quod 40
 in verbis thematis sacra scriptura in libro Sententiarum tradita commendatur ex firmissima veritate, quia est sapientia inmediate inspirata a Deo hominibus sanctis; de quibus b. Petrus 2^a

⁵⁹) Codd.: suavissima I. — ⁶⁰) Codd.: om. A. — ⁶¹) Codd.: difficultatem I. — ⁶²) Codd.: post ut D. — ⁶³) Codd.: aliquid I. — ⁶⁴) Codd.: id A. — ⁶⁵) Codd.: quibus I. — ⁶⁶) Codd.: et add. I. — ⁶⁷) Codd.: post commendatur D. — ⁶⁸) Codd.: post quatuor AH. — ⁶⁹) Codd.: largissima I.

Petri 1^o dicit: »Non enim voluntate humana allata est aliquando
 »prophecia, sed Spiritu Sancto inspirati,⁷⁰ locuti sunt sancti Dei
 »homines.« Unde generaliter dicebant »Hec dicit Dominus«. Qua-
 propter sicut summo bono,⁷¹ simpliciter propter se est,⁷² per amorem
 5 adherendum, sic veritati, quam dicit,⁹⁰ summum bonum, est simp-
 liciter propter se per intellectum acquiescendum ex eo, quod sicut
 summum bonum nullam potest in se maliciam includere, sic nec
 eius veritas, quam dicit, potest includere falsitatem, cum 'impossi-
 bile sit Deum mentiri': Ad Hebreos 6^o. Ex isto patet, quod
 10 locus ab auctoritate sacre scripture est primus locus vel sedes
 prima argumentorum, ad quem omnia argumenta alia tamquam
 ad unum primum reducuntur. Homo enim, non-deus, non est
 proprie auctor, sed discipulus fallibilis ipsius auctoris (sc. Dei);
 || I3C ideo incertum est credere sibi, nisi prius credendo Deo. || Unde
 15 recte,⁷³ propter hoc dicitur in themate: 'Si quis vestrum
 indiget sapientia, postulet a Deo' sc. tamquam a primo
 auctore veritatis infallibiliter informante.

<12.> Sed dicit,⁷⁴ quis 'ergo frustra magistri argumentis fidei
 articulos discutiunt et frustra studentes addiscunt, cum eis fides suf-
 20 ficiat, que est firma adhesio katholice veritatis. Item per rationes huius-
 modi argumentorum fides privatur merito dicente b. Gregorio
 in omelia Paschali: »Fides non habet meritum, ubi humana
 »ratio prebet experimentum«, ergo magistri et subtiles theologi
 astruentes fidem humanis rationibus merito fidei sunt privati.' —
 25 Pro isto est notandum, quod fides est actus ipsius intellectus,⁷⁵
 viatoris, fundatus spe et karitate, quem actum et sic fidem con-
 tingit augeri; propter quod discipuli Jesu rogaverunt sibi adaugeri
 fidem dicentes Luce 17^o: »Domine, adauge nobis fidem!« Et
 30 Saluator sciens fidem in layco centurione augmentatam, dixit
 Matth. 8^o: »Non inveni tantam fidem in Israel!« Tunc autem
 fides augetur, dum fidelis,⁷⁶ exercitatus in theologia noscit rationem
 reddere de hiis, que continentur in sacra scriptura et dum scit
 eos redarguere, qui veritati contradicunt. Pro prima parte istius
 dicti est illud 1^a Petri 3^o: »Parati semper ad satisfaccionem
 35 »omni poscenti rationem de ea, que in vobis est, fide»; pro se-
 cunda parte est illud Apostoli ad Titum 1^o: »Oportet epi-
 scopum et sic presbiterum amplecti eum, qui secundum doctrinam
 »est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana
 »et eos, qui contradicunt, arguere.« Unde et Hebreis inproperat
 40 Apostolus Hebreorum 5^o, ex eo, quod non curarunt aug-
 mento fidei illustrari. Unde dicit: »Cum deberetis esse magistri
 || I3D »propter tempus, rursus indigetis, ut doceamini, que sunt elementa
 exordii sermonum.« Supponentes ergo fidem sathagamus, que

⁷⁰) Codd.: inspirata I. — ⁷¹) Codd.: in I errore duplicatum. — ⁷²) Codd.: post propter male D. — ⁷³) Codd.: item male I. — ⁷⁴) Codd.: diceret D; in H correctum. — ⁷⁵) Codd.: intus H errore. — ⁷⁶) Codd.: fideles I male.

sunt fidei, ratione astruere ac intelligere, ut possimus ceteris etiam in merito prepollere. Scire enim debemus, quod, sicut meritorium est discere bene facere et intendere meritum, ut sciens sit Deo obligacior ad non peccandum et amplius diligendum, sic meritorium est discere fidem⁷⁷, discutere suam, in qua posset meritorie simplicibus prepollere iuxta illud Daniel 12: »Fulgebunt docti quasi »splendor firmamenti et, qui ad iusticiam erudiunt multos, quasi »stelle in perpetuas eternitates.« Hec pensans venerabilis Anselmus libro 1^o 'Cur Deus homo' ca^o 2^o dicit: »Sicut »rectus ordo exigit, ut profunda Cristiane fidei prius credamus, »antequam ea presumamus ratione discutere, ita negligencia michi »videtur, si postquam confirmati sumus in fide, non studemus, »quod credimus, intelligere.« Et Richardus dicit: »Parum debet »nobis esse, que recta sunt et vera, de Deo credere, nisi satagamus, »que credimus, intelligere.« Ubi patet, quod isti magni doctores non sunt opinati frustratorium, ymmo valde meritorium ratione tractare singulos fidei articulos, quousque intelligantur. Non enim est aliquis articulus Cristiane fidei contrarius, sed consonus rationi; quia si foret rationi contrarius, foret falsus et sic non articulus fidei Cristiane⁷⁸; cum summa Veritas non necessitat ad credendum falsum contrarium veritati. Et patet, quod non gratis, sed meritorie magistri articulos fidei discutiunt⁷⁹, presupposito tamen illo, quod vivant in suis actibus virtuose. Quoad dictum b. Gregorii dicitur, quod fides non habet meritum, si solum humana ratio deduceret ad credendum, ita quod intendit b. Gregorius neminem quidquam mereri solum in credendo humane rationi; ||| non tamen vult negare, quin fulciendo fidem humana ratione aut noticia experimentalis contingit hominem meritorie diligere evidencias ad firmandum efficaciter fidem suam. Multa enim experimenta habebant Apostoli de operibus miraculosis et meritoriis Christi. Sic enim Christus probavit fidem sue resurrectionis ab experimento sensuum dicens: »Palpate et videte« (sc. sollicitatem corporis) et Thome precepit manus mittere in latus et⁸⁰ clavorum loca ad firmandum fidem. Et ideo argumentorum a sensibus Johannes Evangelista habens memoriam confirmabat et ipse alios dicens 1^a Johannis 1^o: »Quod audivimus et vidimus, annunciamus vobis, et manus nostre »contrectaverunt de verbo vite et vita manifestata est, et vidimus; »et testamur et annunciamus vobis vitam eternam.« Ad quam nos⁸¹ perducere⁸¹ di<gnetur>⁸¹ etc.

⁷⁷⁾ D; H ex corr.: post suam I. — ⁷⁸⁾ Codd.: post articulus I. — ⁷⁹⁾ Codd.: discutunt I. — ⁸⁰⁾ Codd.: om. H. — ⁸¹⁾ I: om. HDA.

<II.> Questio.^{s₂}

Utrum increata Trinitas sacram scripturam, que est sapiencia et sciencia dignissima, donat solum ex gracia hominibus, ut perpetue sint salvati?

<1.> *Arguitur* primo contra primum suppositum questionis sic: Nulla doctrina, que supponit sua principia aliunde, digna est nomine sapiencie, quia sapientis est ordinare et non ordinari, ut dicitur 1^o Methaphisice. Sed sacra scriptura est doctrina, que supponit sua principia aliunde, quia a_{s₃} lumine_{s₃} superioris sciencie, que (sc. est_{s₄}) Dei et beatorum. Igitur sacra scriptura non est digna nomine sapiencie et per consequens non est sapiencia. Item quod non sit sciencia, arguitur sic: Omnis sciencia procedit ex per se notis; sed sacra scriptura non procedit ex per se notis, quia ex articulis fidei, qui non sunt per se noti: igitur sacra scriptura non est sciencia: consequencia tenet in 'baroco'; maior est doctrina Philosophi et minor patet ex eo, quod sacra scriptura fundamentum recipit in articulis fidei, qui non ab omnibus_{s₅} conceduntur; 'non enim omnium est fides' 2^a ad Thessal. 3^o. Contra tertium suppositum arguitur sic (sc. quod non sit dignissima de per se certitudo): Pertinet ad dignitatem sciencie, ut, que est cercior_{s₆}, sit dignior. Sed alie sciencie sunt, de quarum principiis dubitari non potest; videntur esse cerciores, quam sacra scriptura, cuius principia (sc. articuli) dubitacionem recipiunt: ergo sacra scriptura non est doctrina dignissima. — 4^o contra questionem in se arguitur sic: Increata Trinitas donat sacram scripturam hominibus ad salutem ex merito, ergo non solum ex gracia; consequencia videtur esse nota, sed antecedens_{s₇} probatur_{s₉} sic: Increata Trinitas donat hominibus beatitudinem ex merito: ergo et sacram scripturam, que est medium ducens ad beatitudinem. Igitur argumentum verum. —

<2.> Quia in actibus meis frequenter a Patre et Filio et Spiritu Sancto capio initium, ut Pater donaret ex sua gracia potentiam, Filius sapienciam et Spiritus Sanctus benevolenciam ad complendum meritorie actus meos: ideo in presenti actu recomendacionem ab illis tribus personis sanctissimis inchoavi, et cum ille tres persone sint increata Trinitas, igitur ex racione simili ab ipsa Trinitate Sacratissima_{s₈} orditus sum questionis titulum transiens per media versus finem ultimum, qui est salus perpetua salvandorum. Ponitur ergo in questionis titulo 'Increata Trinitas': unde, quia ipsa est principium omnium rerum productarum, igitur dico

^{s₂}) *H*; *om. ID*; movetur circa initium Sententiarum *add. H*. — ^{s₃}) *Codd.* aliunde *pessime D*. — ^{s₄}) *Codd.*: post Dei *ponit I*. — ^{s₅}) *Codd.*: hominibus *pessime D*. — ^{s₆}) *Codd.*: recior *male I*. — ^{s₇}) *Codd.*: arguitur *male I*. — ^{s₈}) *Codd.*: sanctissima *I*.

in principio, quod 'increata Trinitas est Pater et Filius et Spiritus Sanctus' unus Deus simplex, immensus, eternus, immutabilis, omnipotens, omnisciens, omnivolens, summe bonus et ineffabilis, de quo dicit Apostolus Romanorum 11^o, || ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ubi hec prepositio 'ex' dicit auctoritatem et esse a nullo, et Patri competit, qui est principium sine principio; sed hec prepositio 'per' notat medium et esse ab alio, per hoc intelligitur Filius, qui est principium de principio; et hec prepositio 'in' notat conservacionem esse ab aliis et propter hoc competit Spiritui Sancto, qui est continencia omnis boni. Et patet, quod in unitate⁸⁹ nature divine sunt tres persone, quarum prima est a nulla, 2^a per generacionem est a sola prima, et 3^a per communem inspiracionem est a prima et secunda. Istud tamen sic est⁸¹, quod trinitas personarum non excludit ab essentia unitatem. Nam dicit divinitatis secretarius 1^a Joh. 5^o: »Tres sunt, qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus: et hii tres unum sunt.« Ecce unitas essencie. Ymmo et Deus met dicit Joh. 10^o: »Ego et Pater unum sumus« et potest hec immensa veritas⁹¹ sic swaderi: Quia²⁹, qui crederet Deum non posse summe communicare se, negaret in eo potenciam; qui vero crederet eum posse, sed nolle, negaret in eo clemenciam; qui vero crederet eum velle et posse, sed nescire, negaret in eo sapienciam: cum autem potuerit, voluerit et sciverit se summe communicare, hoc fecit eternaliter, sc. habendo dilectum, i. e. Filium, vel condilectum, i. e. Spiritum sanctum. Et rogo, quis dubitat, quin ex pura philosophia a posteriori demonstrari poterit esse unam primam essenciam vel naturam, quam Deum dicimus? Et cum illa sit optima atque perfectissima, plenissime ac delectabilissime legit intus se ipsam cum omnibus suis proprietatibus, et per consequens cum quolibet adsignando. Et cum non potest interpellari in ista intellectione incipiendo vel desistendo, quia alias secundum philosophos vilesceret indigens ad suam beatitudinem causa extrinseca adiuvante, si igitur ista prima natura ita se habeat, quis dubitat, quin habet potenciam, secundum quam potest sic ad intra agere? Et cum illa potencia non potest ociari, ex ratione eadem necesse est, ut ab illa potencia equaliter et sapienter procedat actus intrinsecus. Et necesse est, quod ex illa potencia ac verbo et sapiencia sibi equali procedat res tertia, que est quietacio vel conplacencia in se ipso: et illa tria vel illas⁹² tres⁹² res⁹² vocat ecclesia Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. Ergo, o gentilis, accepta ratione ista, accede propinquius, accipe signacionem⁹³ sancte Ecclesie et consenciens Cristiane fidei aliquid percipies increatam Trinitatem, que regit singula suaviter, a qua initium capit questio, qua⁹⁴ queritur

⁸⁹) Codd.: post divine D. — ⁹⁰) Codd.: om. D. — ⁹¹) Codd.: post swaderi D. — ⁹²) Codd.: I legit istis tribus ter pessime. — ⁹³) Codd.: significacionem H. — ⁹⁴) Codd.: quia I.

‘utrum increata Trinitas sacram scripturam que est sapiencia et sciencia dignissima, donat solum ex gracia hominibus, ut perpetue sint salvati?’

<3.> *Pro qua explananda*, ut ipsa increata Trinitas donaverit, supponitur ex supra dicto duplici testimonio fore increatam infallibiliter Trinitatem. Et tunc noto, quod questio presupponit tria et unum querit: 1° presupponit, quod sacra scriptura sit sapiencia, 2° quod sit sciencia, 3° quod sit doctrina dignissima — et tunc 4° querit, an ipsam increata Trinitas donat hominibus solum ex gracia, ut perpetue sint salvati. Et ita ponam breves quatuor conclusiones: tres de supposito et unicam de quesito. Pro suppositis ergo questionis ego noto, quod scriptura sacra unomodo dicitur per modum obiecti seu materie obiectivalis, sicut et fides catholica capitur per modum obiecti sive materie obiectivalis iuxta illud in simbolo Athanasii⁹⁵: ||| »Hec est fides »katholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus »esse non poterit.« Et sic scriptura sacra est verbum Dei Christus cum hiis, que per ipsum generi humano sunt dicta et revelata, ut sub obtentu eterne beatitudinis ab hominibus teneantur firmiter et credantur. Ex quo sequitur, quod omnis veritas directiva hominis, ut debite serviat Deo suo, est scriptura sacra vel explicite vel implicite credenda ab hominibus et tenenda, cum omnitalis est lex necessario per fidem hominum adimplenda iuxta Salvatoris illud iuramentum Matth. 5°: »Amen dico vobis, donec »transeat celum et terra, iota unum aut unus apex (i. nulla veritas per os meum dicta) »preteribit, donec omnia fiant.« Tales enim veritates sunt verba Christi, non pretereuncia, nisi tempore suo sint inpleta. — Aliomodo scriptura sacra dicitur per modum forme vel habitus vel actus formalis respectu obiective scripture, descripte superius, et sic scriptura sacra est cognicio verbi Dei Christi et eorum, que per ipsum⁹⁶ humano generi sunt dicta et revelata, ut sub obtentu eterne beatitudinis ab hominibus firmiter teneantur et credantur, sive sit talis cognicio, que est simplex adhesio veritatis, sive habitus ex principiis deductus, sive habitus, quo fides traditur⁹⁷, defenditur et per rationes declaratur ex principiis homini nocioribus. Et secundum istam tripartitam distinctionem sunt diversificati theologi: primi sunt boni simplices homines, qui fide presupposita⁹⁸ adherent firmiter verbo Dei et cuilibet eius veritati. Alii sunt rationibus declarantes et defendentes catholicam veritatem, ut magistri laborantes²⁹ | vel scientifici sacerdotes legem <Dei> populo declarantes; tercii sunt, qui habitis questionibus ex principiis fidei quiescunt in illis sine declaratione et defensione quoad alios. — Tercio modo scriptura sacra dicitur vox vel scriptum vel signum signans verbum Dei Christum vel veritatem aliquam, que est per²⁹

⁹⁵) *Codd.*: Anastasii I. — ⁹⁶) *Codd.*: ipsam I. — ⁹⁷) D: trahitur H, creditur I — ⁹⁸) D: supposita I, presu<m>pta H.

Christum⁹⁹ tradita hominibus, ut sub obtentu beatitudinis teneatur et credatur; et ista scriptura est variabilis secundum diversa ydiomata, diversas voces vel diversos characteres, ymagine pictas sive sculptas, prima scriptura sacra, sc. obiectiva, sanctitate⁹⁹ non variata. Ex quo patet quod ymagine Christi passionem eius notificantes sunt scriptura sacra tam laycis intelligentibus quam eciam literatis; 2^o patet, quod omnia ydiomata, quibus passio Christi vel alia Christi veritas designatur, similiter scripture talium ydiomatum sunt scriptura sacra. Ex quo ulterius sequitur, quod non officit, sed proficit diversis ydiomatibus exprimere et eorum propriis characteribus describere veritates latino ydiomate signatas¹⁰⁰ vel eius characteribus conscriptas; sic enim ad profectum ecclesie Matheus scripsit evangelium in hebreo, Marcus in ytalico, Lucas in syro et Johannes in greco ydiomate, ut quadrifarie eadem veritas signaretur. Ex istis patet, quod triplex est sacra scriptura: prima obiectiva ex parte rei, alia informativa anime, 3^a significativa, ut vox in aere vel signum in scripto. Prima in¹⁰¹ re¹⁰¹, secunda in anima, tertia in aere, codice vel pariete, vel alio disposito scribi. Prima scriptura obiectiva dicitur aequaliter¹⁰² formaliter sacra, quia ei inest formaliter sanctitas vel quia est ipsamet sanctitas: Cristo namque formaliter inest¹⁰³ sanctitas; est eciam efficienter sacra ||, quia efficit in creaturis racionalibus¹⁰⁴ sanctitatem. Relique || 15 C vero due scripture non formaliter, sed quodammodo efficienter dicuntur sacre, cum racionalem moveant creaturam, ut sit sacra; et tertia dicitur significative sacra, ut supra dictum est ex eo, quia signat¹⁰⁵ scripturam sacram, que formaliter subiective vel efficienter dicitur esse sacra, et patet ulterius, quod deficiente de⁹⁰ facili in signo scriptura sacra prima scriptura non deficiet, iuxta illud verbum Salvatoris Matth. 24^o et Luce 21^o: »Verba mea »non preteribunt« (sc. quoad signata¹⁰⁶) quamvis voces prolate deexistent, iuxta illud Philosophi in Predicamentis: »Dictum est, et amplius non potest sumi.« Ex isto ulterius patet, quod scriptura sacra primo modo dicta secundum nullam partem potest falsificari, et per consequens nec sensus Spiritus sancti, quem pretendit in characteribus designatus, quem vocat Jeronimus specialiter scripturam sacram, dicens in Epistolam ad Galatas: »Non debemus putare in verbis scripturam esse ewangelium, sed in sensu (i. in veritate designata), non in superficie, »sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice racionis « Et idem dicit in Originali super Matth. 14^o. Et sanctus Thomas 1^a parte q. 1^a articulo ultimo in solutione tercii argumenti ostendens, quod sensus parabolicus sacre scripture sub litterali continetur, infert dicens: »In quo patet, quod sensui litterali »sacre scripture nunquam potest subesse falsum«; et idem patet

⁹⁹) I; stante DH. — ¹⁰⁰) Codd.: significatas H. — ¹⁰¹) Codd.: recte H. — ¹⁰²) H; aliqua Codd. — ¹⁰³) Codd.: post namque I. — ¹⁰⁴) Codd.: racionabilibus I. — ¹⁰⁵) I: significat HD. — ¹⁰⁶) Codd.: significata H.

per beatum Augustinum libro 11^o contra Faustum et sepe alibi. Unde et hoc pretendebat increata sapientia, que dicit Proverbiorum 8^o: »Iusti sunt omnes sermones mei, non est »in eis pravum quid. neque perversum; recti sunt intelligentibus
 5 »et equi invenientibus scientiam.« Est enim scriptura sacra primo modo dicta principaliter ut speculum, in cuius qualibet parte continuata cum altera | potest homo videre Trinitatem, se ipsum et
 | 15 D viam, per quam in ipsam Trinitatem tenderet, et se a macula purgaret habita, et in posterum precaveret sollicitate de habenda.
 10 Et patet, quam stulti sunt, qui dicunt, quod scriptura sacra de virtute sermonis foret falsa. Sicut enim stulti sunt, qui solem bipedalem esse asserunt, quia ipsi sic concipiunt, et sicut stulti sunt, qui Trinitati increate corporeitatem formaliter inesse asserunt, quia sic ipsi concipiunt, sic stulti sunt, qui sacram scripturam
 15 falsam esse dicunt, quia sic ipsi false concipiunt. Non enim Trinitas est falsa vel corporea, nec sol bipedalis propterea, quia ipsi false concipiunt; similiter nec scriptura sacra. Ergo desistant a tali sensu temerario et subiciant intellectum suum sensui litterali, quem Spiritus sanctus flagitat. Qui etiam dicit Ecclesiastici 41^o:
 20 »Comparete vobis sine argento sapientiam et collum vestrum »(i. elatam₁₀₇ intelligenciam) subicite iugo eius et suscipiat anima »vestra disciplinam (i. ipsius informacionem); in proximo enim »est invenire eam.« Et tantum quoad primum notabile.

Notabile secundum.

25 <4.> *Secundo noto*₁₀₈, quod sicut scire est rem noscere ex sensu, fide, ratione vel intuitive, sic scientia est noticia sensualis, fidei, rationis vel intuitiva in genere. Et sicut specialius scire est aliquid ratione percipere, ut dicit Augustinus 1^o libro De libero arbitrio, sic specialiter scientia est noticia in anima
 30 ex ratione vel rationibus causata, quam vocat Commentator super 2^m Physicorum habitum veridicum conclusionum Deductarum ex principiis manifestis ipsi deducendi. Et Aristoteles primo Posteriorum vocat scire simpliciter et non sophistico modo. Et quia ratio est duplex sc. superior, que consulit leges
 35 eternas divinarum dispositionum, et alia inferior, que consulit leges inferiorum₁₀₉ causarum et effectuum naturalium, inde est, quod noticia vel habitus perficiens rationem superiorem vocatur proprie sapientia, et noticia vel habitus perficiens rationem inferiorem vocatur scientia. Unde Augustinus De Trinitate 14^o
 ||| 16 A dicit, ||| quod scientia est proprie cognitio humanarum rerum, sapientia vero divinarum, quamvis laxius loquendo utraque noticia vel habitus dicatur sapientia et scientia. Ex quo patet, quod sapientia et scientia unomodo distinguntur et aliomodo coincidunt;

¹⁰⁷) *Codd.*: electam I. — ¹⁰⁸) H; nota ID. — ¹⁰⁹) *Codd.*: in H ab h²; h¹ scripsit infimarum.

2^o patet, quod sapiencia dicta proprie est superior dignitate, quam¹¹⁰ sciencia dicta proprie, intelligendo utramque illarum esse noticiam acquisitam humanitus vel homini divinitus inspiratam¹¹¹.

Tercio noto, quod sapiencia proprie est cognicio divinarum rerum et causarum altissimarum, omnium scienciarum caput habens, ex 6^o Ethicorum. 5

Quarto noto, quod sciencia dicitur altera dignior ex 1^o 'De anima', vel quia est de nobiliori subiecto vel quia est cercior; et ego¹¹² addo, quod eciam una sciencia est dignior altera ratione modi ipsam tradentis, et ratione finis, in quem tendit. 10

Ultimo noto, quod gracia, ut michi ad propositum sufficit, primo est ex parte Dei, qua Deus habet creaturam sibi gratam ad bonum creature; et illa gracia non est nisi bona voluntas Dei, qua diligit creaturam. Alia gracia est ex parte creature, qua creatura formaliter est grata Deo, et sic est formaliter¹¹³ gratificans Deo ipsam creaturam: et secundum istam duplicem gratiam potest primo sic titulus intelligi: 'Utrum increata Trinitas donat hominibus sacram scripturam solum ex sua propria gracia' nullo merito hominum et sic nulla eorum gracia precedentem, vel: utrum donat solum ex gracia gratum faciente, ut (faciendo aliquod premiabile) perpetue sint salvati? 15 20

Prima conclusio.

<4.> Conclusio 1^a. Sacra scriptura habens se per modum forme est sapiencia proprie dicta. Probatur. Omnis cognicio rationalis creature respectu divinarum rerum et causarum altissimarum est sapiencia. Sed scriptura sacra, sc. secundo modo dicta, habens se per modum forme est cognicio rationalis creature respectu divinarum rerum et causarum altissimarum. Igitur scriptura sacra habens se per modum forme est sapiencia. Consequencia nota | 16 B est, quia in Darii: maior patet ex notabili 3^o, et in minori predicatum et subiectum supponunt pro eodem. Igitur conclusio vera.

Corellarium. Scriptura sacra respectu obiecti est certissima; patet, quia respectu causarum altissimarum eternarum.

Corellarium. Scriptura sacra est sapiencia de sapiencia: patet, quia de causa altissima. 35

Corellarium. Scriptura sacra est profundissima sciencia: patet, quia de rebus divinis.

Istam conclusionem offero reverendo magistro meo Stephano de Palecz¹¹⁴, sacre theologie baccalario, ad corrigendum, tamquam sapientissimo methaphisico. 40

¹¹⁰) Codd.: qua I. — ¹¹¹) Codd.: in D notabile tercium add. d¹. — ¹¹²) Codd.: ergo I. — ¹¹³) H (partim ab h²): forma Codd. — ¹¹⁴) Codd.: Palec A.

<Conclusio secunda.>

<5.> *Conclusio secunda.* Sacra¹¹⁵ scriptura est sciencia. Probatur: quocunque scitur Deus et quo scitus diligitur et per quod dilectus attingitur, hoc est sciencia. Sed scriptura sacra est, quo scitur Deus et quo scitus diligitur et per quod dilectus attingitur: igitur scriptura¹¹⁶ sacra est sciencia. Maior est nota ex 'quid nominis' et ex 2^o notabili, et minor evidet ex illo dicto Salvatoris Jōh. 5^o dicentis: »Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis »vitam eternam habere; et ille sunt, que testimonium perhibent »de me.«

Secunda conclusio specialior: scriptura sacra est proprie sciencia. Probatur. Omnis certa veritatis adhesio, que est terminus discipline, est proprie sciencia. Sed scriptura sacra est huiusmodi: igitur conclusio vera. Minor patet eo, quod sacra scriptura est habitus ex necessariis et aliquibus principiis per se notis, propter quem habitum sunt discipline, cum omnia, que sunt in sciencia, ordinantur ad scire. Maior probatur: Omnis firma veritatis adhesio per lumen naturale vel per lumen supernaturale est sciencia. Sed omnis certa veritatis adhesio, que est terminus discipline, est huiusmodi. Igitur maior vera.

Corellarium: Scriptura sacra nec est opinio, nec error. || I 6 C Patet, quia est proprie sciencia. ||

Corellarium: Scriptura sacra habet propria principia necessaria.

Corellarium: Scriptura sacra habet conclusiones proprias patet, quia est sciencia proprie dicta.

Istam conclusionem cum subalternata conclusione et corellariis offero reverendo magistro Nicolao Stör¹¹⁷, sacre theologie baccalario formato, tamquam scientifico¹¹⁸ theologo ad examinandum, an sint bene dicta vel melius corrigenda.

<Conclusio tertia.>

<6.> *Conclusio tertia.* Scriptura sacra est qualibet alia a se sciencia dignior et sic dignissima. Probatur. Scriptura sacra est de subiecto sive obiecto nobilissimo et est cercior ratione docentis, quia Spiritus Sancti, et ratione modi et finis per se optimi. Igitur est sciencia dignissima. Consequencia tenet ex notabili 4^o et antecedens arguitur: nam scriptura sacra est de Deo, unde et nomen ab eo accepit, ut dicatur theologia, et docetur a Spiritu Sancto, qui est veritatis doctor infallibilis, et nec fallax, ut canit scriptura; et docetur propter finem optimum, sc. vitam eternam, ut dicunt sanctorum testimonia: igitur argumentum verum. Et hanc conclusionem novit gentilis Aristoteles, qui dicit

¹¹⁵) *Codd.*: post scriptura I. — ¹¹⁶) *Codd.*: post sacra I. — ¹¹⁷) *In I Stör*, ab I Stör; *H om.*; *D Stör*; *Stör A.* — ¹¹⁸) *Codd.*: scientissimo I male.

1^o Metaphisice: »Nulla sciencia est nobilior¹¹⁹ et honorabilior¹²⁰
 »methaphisica, quoniam ipsa est maxime divina et quia de Deo
 »est, et Deus eam habet maxime.«

Corellarium: Scriptura sacra supra quamlibet aliam scienciam est appetenda.

Corellarium: Scriptura sacra est omnium aliarum scienciarum doctrix optima et magistra.

Istam conclusionem offero reverendo²⁹ et²⁹ religioso fratri Petro Mangolt, sacre theologie baccalario formato, tamquam ponderatori rerum acutissimo ad librandum, an sacre theologie dignitas sit plus aliis ponderanda.

< Conclusio quarta. >

<7.> Conclusio quarta. Increata Trinitas sacram scripturam donat ex gracia hominibus; et non: increata Trinitas sacram scripturam donat solum ex gracia hominibus, ut perpetue sint salvati. Conclusio ista |habet duas partes; prima pars probatur sic: Quidquid increata Trinitas donat hominibus, donat ex sua bona voluntate, qua diligit homines, igitur ex gracia. Consequencia tenet ex notabili ultimo et antecedens patet eo, quod nichil potest cuiquam donare, nisi ex bona voluntate, qua vult cuilibet creature bonum. Et tunc subsumendo: Quidquid increata Trinitas donat hominibus, donat ex gracia. Sed sacram scripturam increata Trinitas donat hominibus, igitur donat ex gracia. Consequencia est bona et maior probata; minor probatur: »Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum« i. e. a Trinitate increata Jacobi 1^o. Sed sacra scriptura est datum optimum et donum perfectum, igitur est descendens a Patre luminum. Consequencia bona¹¹¹ et minor patet ex eo, quia ipsam optimus pater dedit et donavit propter finem optimum attingendum; et isto dicto eliditur instancia, qua vellet quis obicere, dicens, quod scriptura sacra, de qua in presenti loquimur, non esset datum optimum atque donum. — Secunda pars conclusionis, puta ista: non increata Trinitas sacram scripturam donat solum ex gracia hominibus, ut perpetue sint salvati, probatur sic: Increata Trinitas donat sacram scripturam ex merito, ergo non solum ex gracia. Tenet consequencia eo, quod meritum et gracia, de qua in notabili dictum est, realiter distinguntur. Sed antecedens patet de multis ex scriptura: primo de matre Christi, cui data est propheta ex merito fidei. Nam Luce 1^o dicitur: »Beata, que credidisti,« (ecce meritum fidei) et sequitur: »quoniam perficientur in te ea, que dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria« (quid ait? Ea sc., que dicta sunt ei a Domino): »Magnificat anima mea Dominum« etc.¹²² Patet idem

¹¹⁹) Codd.: om. H. — ¹²⁰) Codd.: homo ra^{or} I ab correctore correctum; H addit: et dignior; h² superscripsit nobilior. — ¹²¹) Codd.: nota H. — ¹²²) Codd.: et add. H.

||| IZ A de David Ecclesiastici 47^o ubi dicitur, ||| quod propter merita exaltavit eum¹²³ Dominus in verbo glorie. Patet eciam de Moyse, Ecclesiastici 45^o, et de Salomone, 3ⁱ Reg. 3^o, et de Apostolis Matth. 10^o. Et cum hiis hominibus donaverit sacram scripturam, ut perpetue sint salvati, sequitur pari ratione, quod aliis hominibus donat illam scienciam propter vitam glorie consequendam, et hinc Luce 1^o dicitur: »Ad dandam scienciam salutis plebi¹²⁴ eius in »remissionem peccatorum eorum.«

Corellarium: Omnis homo sciens sacram scripturam habet eam ex gracia.

Corellarium: Scriptura¹²⁵ sacra debet legi, audiri et predicari propter vitam eternam.

Corellarium: Questio quoad supposita est vera, sed quoad quesitum¹²⁶ falsa.

Istam ultimam conclusionem cum adiunctis offero reverendo et religioso fratri Johanni, sacre theologie baccalario, tamquam gracioso meo magistro, ut cum sit Johannes, i. e. in quo est gracia, me Johannem, in quo debet esse gracia, de increate Trinitatis gracia, si quid male dixerim, corrigat et informet.

Et totam questionem omnibus mecum in sentenciis concurrentibus offero, cupiens ab eis plenius informari. Rationes autem adductas in oppositum suppositi nunc obmitto causa brevitatis.

<III.>

<1.> Iam restat cum venerandis magistris meis et dominis supra dictis conferre et contra eorum dicta secundum consuetudinem replicare. Et primo contra reverendum magistrum meum Stephanum de Palecz, qui dicit in corellario quinti notabilis, quod nulla creatura creative potest aliam creaturam producere, et probat, quia nulla talis, sed solus Deus possit esse cuiuscunque fontale¹²⁷ principium. Contra: Christus Jesus est creatura et Christus Jesus creative aliam creaturam produxit: igitur alia creatura potest aliquam creative producere. Consequencia tenet per similem concludentem plura, minor nota est, quia | Christus Jesus est creator mundi. Si concedit maiorem, sc. Christus est creatura, tunc contradicit fratri Petro Mangolt, qui dicit in 3^o corellario¹²⁸ 3^o conclusionis: »'Christus est creatura' hec¹²⁹ est propositio simpliciter falsa.« Si concordat cum reverendo fratre Petro, tunc arguitur ambobus sic: Hec est veritas Christi propria, quam dicit: »Deus creavit me« vel »ab initio creata sum« Ecclesiastici 24^o¹³⁰, ut patet per b. Jeronimum super Epistolam ad Galatas. Qua con-

¹²³) Codd.: dicens add. I male. — ¹²⁴) Vulg., I ex corr.: plebis Codd. — ¹²⁵) Codd.: post sacra H. — ¹²⁶) Codd.: est add. H. — ¹²⁷) Codd.: fontis I. — ¹²⁸) Codd.: post in H. — ¹²⁹) Codd.: sed I. — ¹³⁰) Codd.: 59 D.

cessa arguitur sic: Christus dicit vere: »Deus creavit me«, ergo vere Christo inest vel inluit creatio passiva. Consequencia nota est. Tunc sic: Cuicumque inest formaliter creatio passiva, illud est creatura. Sed Christus est, cui inest vel inluit formaliter creatio passiva, igitur Christus est creatura; maior nota est ex 'quid nominis' creatura, et minor est consequens prioris bone consequencie, cuius antecedens est verum et consequencia est in Darii: igitur etc.³⁵ Et confirmatur per dictum Jeronimi ubi supra¹³¹ qui dicit: »Multi timore, ne Christum creaturam dicere compellantur, »totum Christi misterium negant, ut dicant non Christum in hac »sapiencia, sed mundum per sapienciam signari; nos libere pro- »clamamus, non esse periculum eum esse creaturam, quem verum »esse hominem et crucifixum et malediccionem¹³² tota spei nostra »reverencia profitemur.« Confirmatur per Apostolum ad Galatas 4^o, qui dicit: »Deus misit filium suum, factum ex muliere,« ex quo dicto summe catholico arguitur sic: Christus missus est, factus ex muliere, ergo vere factus et creatus; sicut simpliciter vere fuit homo. Nec estimo, quod magister meus Stephanus vel etiam frater Petrus vellet esse de numero illorum, qui corrumpentes textum Apostoli dicunt: 'non debet dici factus, sed natus', quos ven. Beda reprehendit, nec secundo¹³³ estimo, quod vellent negare istam consequenciam: 'Christus factus est ex muliere, igitur realiter fuit factus'; || ac si vellent dicere, quod iste terminus 'ex muliere' sit distrahens, sicut iste terminus 'mortuus'. Nam beata Virgo, ymmo totum, quod Deus in ipsa exercuit in Christi nativitate, fuit sine ficticia positum, ut docet Augustinus cum ceteris sanctis. Confirmatur 3^o: Quidquid realiter paciebatur, moriebatur, hoc erat creatura; sed Christus Jesus realiter paciebatur, moriebatur: igitur Christus Jesus erat creatura. Consequencia tenet sine defectu signabili; maior patet ex eo, quia Deitas non potest pati, nec Deus, nisi esset creatura. Sed minorem canit tota Ecclesia: ergo argumentum est probatum.

Item arguitur sic: Jesus Christus per assumptam humanitatem vel est aliquid, vel nichil. Si nichil, ergo nec homo. Consequens hereticum. Si aliquid, et non accidens: ergo substantia facta, ergo Christus est¹³⁴ facta substantia. Tunc sic: Christus est facta substantia Sed omnis facta substantia est creatura: igitur Christus est creatura. Consequencia tenet in quarta figura per reduccionem in Darii, minore posita pro maiori, et e contra. Hec simul contra reverendos magistrum Stephanum Palecz et fratrem Petrum Mangolt, et specialiter contra ipsum, qui michi istam propositionem 'Christus est creatura' simpliciter falsam asserens deputavit.

<2.> Contra conclusionem primam reverendi magistri mei Stephani, que dicit 'Mundus architipus est, quia multitudo

¹³¹) H: in I et D inepte abbreviatum. — ¹³²) Codd.: in HD pacne malediccioni. — ¹³³) Codd.: post estimo H. — ¹³⁴) Codd.: post facta I.

omnium rationum ydealium possibilium in mente divina est. Contra sequitur: multitudo omnium rationum ydealium possibilium in mente divina est, igitur multiplicitas omnium rationum possibilium in mente divina est. Consequencia tenet, quia sicut in numeris
 5 datur multiplicitas, sic in multitudine omnium numerorum. Sed consequens videtur esse impossibile; nam sequitur: multiplicitas in mente divina omnium rationum ydealium possibilium est. Sed illa multiplicitas est ratio ydealis, igitur illa multiplicitas in Deo
 | 17 D est. Sed cum ratio ydealis non aliud, sed penitus | idem essentialiter
 10 cum mente divina est, ut met magister meus dicit in corpore eiusdem questionis, ergo multiplicitas non aliud, sed penitus idem essentialiter cum mente divina est. Ex quo sequitur, quod mens divina est multiplex, nam sequitur: Quaecunque sunt idem essentialiter et unum non est alterum a reliquo, illa de se mutuo vere,
 15 affirmative predicantur. Sed per datum multiplicitas et mens divina sunt huiusmodi: igitur de se mutuo predicantur; ergo mens divina est multiplex; et cum illa sit Deus, pari argumento sequitur, quod Deus sit multiplex. Consequens est contra philosophiam et contra sacram scripturam: ergo et illud, ex quo videtur istud sequi. —
 20 Preterea sic: mundus architipus est, qui est de¹³⁵ facto exemplar mundi corporei¹³⁶ perfectissimi¹³⁷, summe possibilis, ut magister ponit. Sequitur 1^o, quod mundus architipus et mundus corporeus sunt facta; 2^o sequitur, quod illi duo mundi simul eternaliter sunt; 3^o sequitur, quod duo contradictoria invicem contradicencia
 25 ex parte rei sunt; sed ista sunt²⁹ falsa, ergo et conclusiones, ex quibus ista secuntur. Prima consequencia probatur sic: mundus architipus et mundus corporeus sunt, ut magister dicit, et non sunt Deus; ergo sunt aliqua non-deus. Tunc sic: Omnia per ipsum facta sunt. Sed mundus architipus et mundus corporeus
 30 sunt aliqua: igitur mundus architipus et mundus corporeus facta sunt. Consequens videtur esse contra magistrum, nam mundus architipus per ipsum eternaliter est; et consequencia bona, quia in Darii: maior canitur a tota ecclesia, quia 'omnia per ipsum facta sunt' et minor patet: nam mundus architipus est, et mundus
 35 corporeus est, et non penitus unum singulare¹³⁸ ambo mundi sunt⁹⁰: igitur oportet, ut quidem mundus architipus et mundus corporeus aliqua sint. — 2^a consequencia probatur sic: mundus architipus est et mundus corporeus est: igitur simul eternaliter sunt; nam, si non, da, quod mundus corporeus inceptit existere: quo dato
 ||| 18 A arguitur sic: ||| Mundus corporeus inceptit existere, et nichil preter Deum existebat ante eius inpcionem; igitur mundus corporeus potuit passive esse ante primum instans creationis, et sic priusquam factus est. Consequencia tenet, cum in omni facto esse precedit posse esse; tunc sic: mundus factus potuit esse, priusquam factus

¹³⁵) Codd.: ex D. — ¹³⁶) Codd.: in I male abbreviatum. — ¹³⁷) Codd.: perfectissima I. — ¹³⁸) Codd.: san^{re} D.

est; igitur factus est post suum passivum posse esse. Sed suum posse esse passivum est aliquod eius esse: igitur mundus corporeus prius habuit esse preter mundum architipum et preter suum factum esse; ergo fuit vel est dare esse post Deum, post mundum architipum et ante mundum¹³⁹ factum: et per consequens mundus factus ex alio preter Deum habet esse consequens contra creacionem mundi et contra magistri mei posicionem. Ergo videtur suum dictum non posse stare¹⁴⁰. — 3^o inferebatur, quod duo contradictoria sibi contradicencia ex parte rei sunt. Probatur. Si multitudo omnium rationum ydealium possibilium in mente divina est, contradictoria ad invicem ex parte rei sunt. Si non, da oppositum consequentis sc. nulla contradictoria ad invicem contradicencia ex parte rei sunt. Contra: me sedere ex parte rei est, igitur habet rationem ydealem eternam, secundum quam eternaliter est; et me non sedere est¹⁴¹ possibile: igitur habet rationem ydealem eternam, secundum quam eternaliter est. Consequencie iste patent ex positione magistri mei et prima pars est vera, quia sedeo, et secunda pars si negetur, detur oppositum: quod me¹⁴² non¹⁴³ sedere est impossibile; et hoc¹⁴⁴ dato pari ratione nullum erit possibile consequentis¹⁴⁵. Sed concessis consequenciis sequitur, quod illa duo sunt¹⁴⁶, sc. me sedere et me non sedere. Probatur: quecumque habent rationes eternas in mente divina: illa sunt. Sed me sedere et me non sedere habent rationes huiusmodi, ut dictum est: igitur me sedere et me non sedere sunt, et illa sunt contradicencia¹⁴⁷ | I & B
invicem¹⁴⁸: igitur consequencia probata. Item contra mundi productionem arguitur sic: Idem, in quantum idem, semper agit idem; ergo cum ex voluntate Dei antiqua non provenit accio nova, sequitur, quod iste mundus corporeus non incepit esse, sed cum voluntate Dei antiqua eternaliter manet; nam alias ad novitatem mundi daretur voluntas Dei nova et per consequens foret Deus novus, quod est contra illud Psalmi¹⁴⁹: »Non erit in te Deus recens.« Reverende magister! dignemini accipere ista exilia et me in eis benigniter informare.

<3.> Iam restat replicare contra reverendum fratrem Petrum Mangolt, sacre theologie baccalarium formatum, qui in sua positione obtulit specialiter pro 3^a conclusione: »sicut hec propositio: 'Christus est homo dominicus' simpliciter est neganda, ita ista 'Deus factus est homo' vel 'homo factus est Deus' est katholice affirmanda.«

Contra: Omnis homo vel est homo dominicus, vel dyabolicus. Sed Christus est homo, ergo Christus est homo dominicus vel dyabolicus. Consequencia nota est et minor est fides Sed maior probatur: Omnis homo vel obedit virtuose Deo vel viciose dyabolo,

¹³⁹) Codd.: mundi *I male*. — ¹⁴⁰) Codd.: post dictum *H*. — ¹⁴¹) Codd.: post possibile *H*. — ¹⁴²) Codd.: meum *D male*. — ¹⁴³) Codd.: *D om.* — ¹⁴⁴) Codd.: *om. I.* — ¹⁴⁵) Codd.: contingens *H*. — ¹⁴⁶) Codd.: *om. I.* — ¹⁴⁷) Codd.: contradictoria *H*. — ¹⁴⁸) Codd.: contradicencia *add. H*. — ¹⁴⁹) *H: om. ID.*

cum nemo possit illis duobus dominis simul servire, ut dicit Christus Matth. 6^o. Sed omnis homo obediens Deo est homo dominicus et omnis homo obediens dyabolo est homo dyabolicus; et Christus est homo obediens Deo Patri, Ad Phil. 2^o. Ergo
 5 Christus est homo dominicus. Iste consequencie sunt bone et antecedencia simpliciter concedenda, ergo et consequens. Et consequens est ista propositio: Christus est homo dominicus, igitur illa est simpliciter concedenda. Et argumentum, quo probat reverendus frater, non valet. Unde arguit sic: Hoc, quod predicatur de aliquo
 10 essentialiter, hoc non potest predicari denominative de ipso; sed 'Deus' et 'Dominus' predicatur de Christo essentialiter. 1^o: maior || *IS C* est falsa, cum omnis predicacio essentialis sit denominativa || predicacio, qua nominatur subiectum esse illud, quod de eo predicatur; et videtur ex isto sequi, quod reverendus frater non sit
 15 qualitative rationalis. Probatur per suum argumentum: Hoc, quod predicatur de aliquo essentialiter, non predicatur de eo denominative; sed rationale predicatur¹⁵⁰ de reverendo fratre essentialiter, ergo non predicatur de eo denominative et per consequens non est qualitative rationalis. Consequens verum, cum racionalitas sit
 20 qualitas inexistens ipsi fratri reverendo, ut videtur. Ergo argumentum suum non valuit. 2^o videtur minor falsa, que dicit, quod Dominus predicatur essentialiter de Christo. Contra: nulla relacio incipiens esse predicatur essentialiter de substantia eterna; ergo nec esse Dominum¹⁵¹ de Christo, cum esse Dominum est relacio incipiens
 25 esse et Christus est substantia eterna. Item pono reverendo fratri istam propositionem: 'tu concedis: Christus est homo dominicus' qua admissa, quia possibilis, propono sibi eandem. Si negat, tunc negat positum sub forma positi propositum scitum esse tale: ergo male respondet. Si concedit, habeo¹⁵² quod¹⁵² ipse¹⁵² concedit¹⁵²
 30 'Christus est homo dominicus' et ipse concedit, nisi 'quia est concedenda', igitur ipsa est concedenda et per conclusionem est simpliciter neganda; ergo ipsa est concedenda et non concedenda, quod claudit formaliter contradiccionem. Et iterum dicit: »Omne, quod est, quod non fuit prius, dicitur factum.« Contra: nichil est,
 35 quod non fuit prius, nam quocunque dato, quod est, ipsum vel est factum vel non factum. Si secundum, est Deus, qui fuit prius quam factum; si vero est factum, ergo erat vita in Deo, cum omne, quod factum est, in ipso vita erat, Jo h. 1^o. Preterea: Omne, quod factum est, cepit existere; sed Deum esse hominem est
 40 factum, igitur Deum esse hominem cepit existere. Maior patet ex || *IS D* dicto reverendi fratris in probacione et minor arguitur sic: Deum | esse hominem est et non eternaliter est Deum esse hominem, sicut non eternaliter Deus est homo; igitur Deum esse hominem est factum. Consequencia nota est etiam ex probacione eius et

¹⁵⁰) *Codd.*: probatur male I. — ¹⁵¹) *Codd.*: Deum I. — ¹⁵²) *Codd.*: in I errore iteratum.

ultra Deum¹⁵³ esse hominem est factum: igitur Deum esse hominem incepit esse; sed idem est Deum esse hominem et Deus homo: igitur Deus homo incepit esse, quod est contra corellarium 1^m 1^o conclusionis 3ⁱⁱ¹⁵⁴ articuli, quod dicit: »Quamvis Deus sit¹⁵⁵ factus homo, nunquam tamen Deus homo incepit esse.« Et tantum breviter sit¹⁵⁶ contra posicionem reverendi fratris Petri Mangolt, cuius solucione cupio informari.

<4.> Iam contra rev. magistrum **Nicolaum Stör**¹⁵⁷, sacre theologie baccalarium formatum, est breviter arguendum, qui in conclusione 1^a 2ⁱ articuli dicit: 'Loquendo de potencia absoluta quelibet persona divina potuit incarnari.' Contra: illa potencia absoluta non est diminuta, igitur adhuc post incarnationem Filii quelibet persona potest incarnari. Ponatur ergo, quod persona Patris est incarnata; quo dato verum erit, quod Pater est incarnatus et verum similiter erit 'Filius est incarnatus' et verum erit verbum Christi Joh. 14^o: »Pater maior me est« cum omne verum vero consonat. Sed dato illo primo, non Pater maior erit Christo, cum ex parte personalitatis in divinis sint equales et ex parte assumpte nature similiter equales, vel oportet dare inequalitatem dignitatis in naturis assumptis. Primum non, quia tunc Christus et per consequens Deus foret mendax, et in secundo non est assignanda ratio, nisi magister meus illam explicare lucide dignaretur. Et posset hic adduci, quod frustra est omnis potencia, cuius nunquam erit actus. Sed quamlibet personam incarnari est potencia, cuius nunquam erit actus: igitur etc.¹⁵⁸ Maior est Philosophi et consequentia est bona; ||| minorem autem estimo magister non negabit. ||| I9A

Item dicit in corellario de potencia ordinata 'non quelibet persona potuit incarnari'. Contra: quelibet potencia Dei absoluta est potencia ordinata, cum quelibet illarum sit unica Dei et simplicissima divina essentia, nec una prior aut minor reliqua, cum utraque sit eterna et infinita. Ergo si de potencia ordinata potuit persona Filii incarnari, potuit et quelibet alia persona divina; et similiter: si de potencia absoluta potuit incarnari, potuit et de ordinata: et sic conclusio 2^a interimit primam et e contra, et corellarium erit¹⁵⁹ similiter falsum.

Item, contra conclusionem 2^{am} arguitur sic: Deus est homo, igitur omnis Deus est homo; consequentia tenet¹⁶⁰ ab indefinita in materia naturali ad suam universalem, cum predicatum sit de substantia¹⁶¹ subiecti, sicut in ista: Christus est homo, que est illius singularis; nec potest dici, quod sit in materia remota, cum sit affirmativa vera, in qua predicatum est idem cum subiecto, nec in materia contingenti, cum nec accidens nec proprium predicatur de subiecto. Sed dato consequente sequitur: Omnis Deus

¹⁵³) Codd.: est add. I. — ¹⁵⁴) Codd.: post articuli H. — ¹⁵⁵) Codd.: om. I. — ¹⁵⁶) Codd.: et pessime I. — ¹⁵⁷) Codd.: Setor pessime I. — ¹⁵⁸) Codd.: et male I. — ¹⁵⁹) I: post similiter Codd. — ¹⁶⁰) Codd.: patet H. — ¹⁶¹) Codd.: essentia H.

est homo; et persona Patris est Deus: igitur persona Patris est homo, et non nisi per incarnationem nisi magister vellet extraneare a materia volens concedere parabolice, quod Deus Pater est homo.

Item ponit conclusionem 2^a 3ⁱ articuli istam 'Tempus immediatum post peccatum hominis non fuit conveniens pro incarnatione Verbi'. Contra: totum tempus inclusum inter primum instans post peccatum hominis et ultimum instans incarnationis, que instancia claudunt vel clausurunt tempus illud, fuit conveniens pro incarnatione, cum illo tempore fuerit incarnatus. Sed illud tempus fuit immediatum post peccatum hominis, ut notum est, cum nullum aliud tempus mediabat inter peccatum primi hominis et illud tempus. Ergo conclusio falsa. Item ponit conclusionem 1^a 4ⁱ articuli istam: »Non erat necesse simpliciter naturam humanam reparari.« Contra: simpliciter necessario Deus potuit naturam humanam reparare et simpliciter necessario voluit ipsam reparare; igitur simpliciter necesse erat naturam humanam reparari. Maior nota est, minor arguitur: ab eterno voluit ipsam reparare, et non incepit velle; ergo simpliciter necessario voluit. Et, quia ad simpliciter necessariam potestatem Dei et simpliciter necessariam volicionem sequitur necessario effectus: igitur ad premissas iam expositas sequitur ista, quod simpliciter necesse erat naturam humanam reparari: igitur conclusio falsa.

Contra 2^a conclusionem 4ⁱ articuli et eius tria corellaria, que dicit, quod per nullam creaturam natura humana poterat reparari, contra: Deus potuit concedere puro homini Ade, qui deiecit naturam humanam, quod pro illa satisfaceret, cum hoc non implicat contradiccionem, vel si implicat, explicet magister meus et deducat, quia alias conclusio cum adiunctis corellariis remanebit inpossibilis vel minime dubiosa.

Item: humanitas Christi et non deitas sufficienter meruit reparacionem humani generis; et humanitas Christi est pura creatura, ergo pura creatura fuit sufficiens remedium generis humani. Consequencia nota est, similiter et minor; maior probatur: Nam humanitas Christi cum predicacione, passione et ceteris sibi inexistentibus servienter meruit et non divinitas, cum illa non servivit, nec paciebatur. Ergo maior vera et per consequens per aliquam creaturam natura humana poterat reparari. Et pro assumpto probatorum est illud verbum Salvatoris || *Matth.* 20°: »Venit filius hominis ministrare et dare animam suam in redemptionem pro multis.« Hec sint dicta breviter contra conclusiones magistri reverendi cum informacione grato animo acceptanda.

<5.> Iam **contra rev. fratrem Johannem**, sacre theologie baccalarium, est instandum, qui ponit 1^e conclusionis corellarium 1^m istud 'Ex firma intellectus adhesione non potest

¹⁶²) *Codd.*: om. I. — ¹⁶³) *H*: in D errore iteratum, in I post volicionem. — ¹⁶⁴) *Codd.*: post homini H. — ¹⁶⁵) *Codd.*: aliam H.

argui certitudo sciencie'. Contra: ex firma intellectus Christi adhesionem arguitur¹⁶⁶ certitudo Christi sciencie¹⁶⁷; igitur ex firma intellectus adhesionem arguitur certitudo sciencie: igitur potest argui. Utraque consequentia tenet ab inferiori ad suum superius sine impedimento. Antecedens probatur ex illo 2^a Corinth. 6^o: »Qui adheret Deo, unus spiritus est« et tunc subsumendo: Sed Christus adheret Deo, igitur unus spiritus est. Sed data minore patet, quod datur intellectus Christi adhesio: igitur certitudo sciencie Christi ex Dei adhesionem. Item ex firma intellectus adhesionem datur certitudo istius conclusionis: 'Omnis homo est risibilis,' similiter istius: 'Omnis homo perseverando finaliter in gracia est premiabilis': igitur et sciencie. Tenet consequentia, cum omnis conclusio demonstrata ex primis veris immediatis causis est sciencia 'ex posteriorum'; antecedens probatur ex firma intellectus adhesionem istarum premissarum 'Omne rationale est risibile' et 'omnis homo est rationalis', datur certitudinaliter ista sciencia 'omnis homo est risibilis': igitur... Similiter ex firma adhesionem istarum premissarum 'omnis homo bonus est premiabilis' 'sed omnis homo finaliter perseverans in gracia est homo bonus' arguitur ista sciencia, quod omnis homo finaliter perseverans in gracia est premiabilis. Maiorem dicit omnis philosophia et omnis lex vera, et minorem ponit Magister optimus et sic Deus Matth. 10^o et 24^o. Sed illis ambabus adheret et debet adherere intellectus. Igitur¹⁶⁸ etc.¹⁶⁸. — Item ponit conclusionem 2^{am} istam: 'Licet habitus fidei sit habitus firmus et certus certitudine inmutabilitatis, tamen habitus fidei tolletur in regno eterne claritatis.' Contra: quidquid est, fuit, vel erit, hoc non tolletur a Deo, qui est regnum eterne claritatis, igitur nec habitus fidei, cum ipse est, fuit, vel erit. Consequentia nota est et minor; sed maior probatur: Omne, quod est, fuit, vel erit, est Deo presens, ut dicunt concorditer sancti et philosophi, ex eo, quod Deus est simpliciter primum, ergo ante omne aliud a se; et quia est simpliciter ultimum, ergo est post omne aliud a se, et non potest sibi inesse pretericio vel futuricio, cum non potest langwere expectando rem futuram vel¹⁶⁹ afficiendo se circa rem preteritam. Sequitur probandum et per consequens corellarium fore falsum dicens 'habitus fidei nullomodo manebit in patria', nam manebit Deo presens in patria, ergo aliquo modo manebit. Item manebit in causa sua finali, sc. in premio, ergo aliquo modo. Item manebit in noticia clare intuitionis, cum cognoscet beatus, quod propter illum habitum fidei taliter premiatur.

Corellarium 1^m 3^o conclusionis dicit: »Ista consequentia non valet 'fidei discredetur, sciencie autem non discredetur', ergo sciencia est cercior fide.« Contra: consequens iam dicte consequencie est necessarium; igitur sequitur ad quodlibet per communem regulam.

¹⁶⁶) Codd.: om. H. — ¹⁶⁷) Codd.: argui potest add. H. — ¹⁶⁸) Codd.: om. I. — ¹⁶⁹) Codd.: aut H.

Item, oppositum contradictorium consequentis¹⁷⁰ illius consequencie est impossibile, et antecedens verum; igitur repugnant et <c>. Item impossibile est ita esse, sicut sequitur per antecedens illius con-
 || I10A sequencie, quin ita sit, sicut signatur per consequens; igitur ||
 5 consequencia bona, quod consequens sit necessarium. Patet, quia necessario sciencia Dei est cercior fide: ergo sciencia est cercior fide. Alias deducciones causa brevitatis pretermitto.

Contra conclusionem 1^{am} 3ⁱⁱ articuli, que dicit: »Licet perfectus theologus et vetula stolidissima ceteris paribus disparem
 10 habeant cognicionem hic in via, tamen ipsa vetula ita perfecte cognoscat divinam essenciam, sicut ipse theologus in patria.« Contra: ista conclusio primo est dubia, quia pro nulla vetula stolidissima verificata; igitur ista conclusio non est scita et per consequens non est de ea ipsi fratri sciencia. Item ponatur ista¹⁷¹ in esse sic:
 15 vetula stolidissima ita cognoscit divinam essenciam, sicut theologus; quo dato vetula stolidissima est sapiens et per consequens non stolidissima, cum nemo sapiens est stolidissimus. Et e contra: non stolidissimum est sapiens. Item si liceret puerilibus uti, vellem, quod reverendus frater descenderet sub hoc nomine theologus in
 20 ista proposicione, vetula stolidissima ita cognosceret¹⁷² divinam essenciam, sicut theologus, et pateret in descensu, quod vetula stolidissima ita clare cognosceret divinam essenciam, sicut Christus, et per consequens ita diligeret: consequens videtur falsam, ergo et¹⁷⁰ conclusio. — Et argumentum, quo frater reverendus nititur probare suum propositum, videtur non valere. Nam arguitur sic: Ista vetula
 25 habebit tantum in patria de lumine glorie, sicut iste theologus; ergo eius intellectus tantum elevatur et perficitur a Deo, sicut intellectus istius theologi. 1^o non valet, quia ex futuro in pertinenter infert presens, dicens 'habebit', ergo 'elevatur' et 'perficitur'. Similiter
 30 dato illo, quod sic argueret, 'habebit tantum lumen' ergo 'tantum elevabitur' 'et perficietur' eius intellectus a Deo sicut theologi,
 | I10 B adhuc argumentum non valet, quia tunc | iterum vetula stolidissima perficeretur et elevaretur tantum, sicut Christus, quod est impossibile. Unde sicut non sequitur: vetula stolidissima tantum habebit de
 35 peccuniis, sicut mulier prudens, ergo tantum gaudebit, sicut mulier prudens. Et sicut non sequitur: tantum lumen solis habet¹⁷³ oculis caligans ad illustrandum, quantum habet oculis clarus, ergo ita perficitur in visione oculis caligans, sicut oculis clarus, sic in proposito . . .

40 Corellarium 3ⁱⁱ articuli dicit 'licet voluntas ultimum finem clare visum possit non diligere, non tamen posset ipsum nolle vel odire'. Contra ponatur in esse, quod voluntas ultimum

¹⁷⁰) Codd.: om. H. — ¹⁷¹) Codd.: post ista I. — ¹⁷²) AH: cognoscat Codd.
¹⁷³) Codd.: habebit I.